

*de don. ante nupt. contractibus annumeranda est,
& specialis contractus expressè vocatur in Nov.
119. cap. I.*

CCV.

*Quatenus donationes mortis causa legatis
exæquatæ sint?*

Mortis causâ donationes ad exemplum legatorum revocatae sunt : *l. Marcellus. 15. ff. de mort. caus. donat. legatorum instar obtinent. l. et si debitor. 12. d. t.* Comparantur legatis : *l. l. §. si alienatio. 1. ff. si quid in fraud. patr.* Omnes effe-
ctus sortiuntur , quos ultimæ habent liberalita-
tes, neque ex quacunque parte iis absimiles intel-
ligendæ sunt : *l. ult. in fin. C. de donat. caus. mort.*
ad exemplum legatorum redactæ sunt per o-
mnia. *§. mortis causa. l. Inst. de donat.* Et verum
tamen est , quod interdum comparatio legato-
rum , & mortis causâ donationum, nulla sit : ut
in specie. *l. si filius. 20. §. l. ff. de leg. præst.* & aliæ
quoque non una in illis occurrat differentia ; ve-
luti , quod mortis causâ ponare possint , qui ta-
men testari & legata dare non possunt ; Eaque
tenus mortis causâ donationes negotiis inter vi-
vos contractis, quam ultimis voluntatibus, simi-
liores sint. *l. tam is. 25. §. l. de mort. caus. donat.*
Quod mortis causâ etiam præsens præsenti det :
l. inter mortis. 28. in pr. d. t. & vivus res corpora-
liter transferat. *l. l. §. si is qui. s. ff. quod legat.* lega-
ta autem præstanta sint à defuncti herede *§. lega-*
tum l. Inst. de legat. & si ab ipso testatore præsten-
tur,